

Hs. Sigismund von Österreich an Papst Pius II. Er gratuliert zu seiner Papstwahl und beglaubigt seine Gesandten Lorenz Blumenau und Kaspar Aschbach. Er beklagt das harte und ungerechte Vorgehen des Kardinals im Sonnenburger Streit, das den Tod von 57 Menschen und große Unruhe im Volk verursacht habe. Es sei zu befürchten, dass ohne ein Eingreifen des Papstes großes Unheil über das Land komme und der Unglauben sowie der Ungehorsam gegenüber dem apostolischen Stuhl wachse.

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Cod. 111 p. 305 Nr. 429.<sup>1)</sup>

Em.: Boeckmann, Laurentius Blumenau 165; Hallauer, Schlacht im Enneberg 30 Anm. 87 (ND 2002, 145).

Sanctissime in Christo pater et domine mi clementissime. Post devota pedum oscula, beatorum recommendacionem humilima premissa. Rerum novarum forma, que divinitus ad summum apostolatus apicem provehisse sanctitatem vestram declarat<sup>2)</sup>, devotis me affectibus commovit, ut egregium utriusque iuris doctorem Lau(rencium) Blu(menau<sup>3)</sup> et strenuum C(asparem) Aspach<sup>4)</sup> militem, consilia-  
5 rios meos fidelissimos, ad congratulandum et mentis mee desideria exponendum v. sanctitati ad urbem mitterem oratores. Verum et si in hoc amplissime vestre dignitatis felici principio letarum verum quam lamentabilis cassus nuncium esse malem, concitati tamen populi motus et publice necessitatis ratio dissimulandi prohibent materiam, quoniam principatum et populorum turbaciones privatis sunt maiores ideoque attentiori via sunt placande, antequam ingravescens plebis dolor reiecta equitatis ratione sibi ipsi  
10 consulere perswadeat.

Fando namque pridem et demum nunciorum atque litterarum confirmacionem in Wyenna recepi cesorum funera<sup>5)</sup>, que septem et quinquaginta numero<sup>6)</sup> vel circa reverendissimi in Christo patris domini Nicolai cardinalis et episcopi Brixinensis rigorosi ac duri prohibicionis edicti<sup>7)</sup> truncavit occasioque adscriptios, colones ceterosque monasterii monialium Sunenburg censitos et rusticos in lesionem iuris  
15 nostri advocatos, quos ibidem habeo, induxit, ne monialibus censum annum persolverent neque cetera subieccionis iura prestarent eisdem. Huic edicto, cum quidam nobillis<sup>8)</sup>, eiusdem cenobii provisor, peditum se stipando copia ocurre et receptis a rusticis pignoribus censum debitum extorquere intendebatur, post extrema corporis pericula et suorum miserabilem obitum carcere dicti domini cardinalis mancipatus fuit. Inauditum hoc hiis in locis facinus! Et si ego fierem, medianur principatus, tamen mei  
20 populi adeo gerunt gravissime, quod, nisi placida instauracione animi rancores fuerint expiati et adversitatibus jam multo tempore fluctuantibus stabile remedium per s. v. deferatur, timeo secuturum non parvum animarum plurimarum et universe terre mee periculum, cui infallor sew vix potest succuri consilio nec id ipsum sufficere ad medelam.

Preterea, cum non solum ad eradicandum supersticionem gencium, sed eciam conservandum devote  
25 plebis fidem<sup>9)</sup>, quam utique in Athesi dominio subditi mei erga sanctam sedem apostolicam eiusque venerabilia menbra usque nunc habuerint divinitus, s. v. potestas est tradita; oro atque obsecro, dignetur clemencia vestra sanctitas populum illis ceterisque turbacionibus duricia dicti domini cardinalis lacessitum a periculo sedicionis eripere, antequam insolita plus adiciantur preteritum et consuetum obediencie debitum contra eciam voluntatem cessare incipiat et infelicem casum tribuat plurimorum.

30 Alia nonnulla dictis meis oratoribus s. v. referenda commisit, quibus fidem creditivam et benignum imponendum auditorium ac in offerendis precibus gratiam clementer confertur. Dignetur beatitudo vestra piissima, quam divinitum numen altissimi, sicuti elegi voluit, sanctissimum ita ad universalis ecclesie et inclite domus Austrie et meam singularem consolacionem unire feliciter prebeat et longeve.

Datum in oppido nostro Insprukg octavo die mensis septembris anno etc. lviii<sup>o</sup>.

16 quidam: *em.* quidem. 17 censum: *em.* censuum. 22 succuri: *em.* succure. 25 dominio: *em.* domino.  
27 vestra: *em.* vestras.

<sup>1)</sup> In der Hs. folgt auf p. 306 eine weitere, unvollständige Abschrift von Nr. 5737. Hierin fehlt der Text Z. 2 Rerum – 9 placande. Der Text brich nach Z. 20 adversitatibus (hier: adversitati) ab.

<sup>2)</sup> Pius II. wurde am 19. August 1458 gewählt. Die Wablanzeige dürfte unmittelbar danach versandt worden sein. Das

bei Chmel, *Materialien II* 160 gedruckte Schreiben Pius II. an Hz. Sigismund vom 3. September 1458 konnte in Innsbruck am 8. September noch nicht eingetroffen sein.

3) Lorenz Blumenau, berühmter Jurist und Anfang 1458 Rat Hz. Sigismunds; s.o. Nr. 5523. Nach einer Notiz in BOZEN, *StA, Codex Handlung f. 62<sup>v</sup>-62bis<sup>r</sup>* (f. 62 bei der Folierung doppelt gezählt), war seine Aufgabe, für die Absolution der Verena von Stuben zu sorgen. Auch NrK habe sich an der Kurie dafür eingesetzt (bonam diligenciam fecit)

4) Der Vorname ist ausgeschrieben in einem Geleitschreiben, das Hz. Sigismund am gleichen Tag für die beiden Gesandten cum omnibus suis equis, vallisiis, familiaribus ac tota eorum comitativa usque ad decem equestrium numero ausstellte; Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, *TLA, Cod. 111 p. 299*. Zu Kaspar Aschbach (steirischer Ritter, zeitweise auch Rat Ks. Friedrichs III.) vgl. auch Baum, *Sigmund der Münzreiche 193f.*; Heimig, *Kaiser Friedrich III. I* 64, 194; Langmaier, *Erzherzog Albrecht VI.* 88, 415, 441.

5) S. den ausführlichen Bericht der Herzogin über die Vorfälle in Enneberg; s.o. Nr. 5614.

6) Die Zahl der Toten wird unterschiedlich beziffert. Heinrich von Liechtenstein berichtet am 9. April 1458 von über 40 Opfern (s.o. Nr. 5597). Im Bericht der Herzogin ist von 52 oder 54 Toten die Rede; s.o. Nr. 5614 Z. 42. In dem fast wortgleichen Schreiben an die Kardinäle nennt Hz. Sigismund die Zahl von 52 Toten; s.u. Nr. 5738. Vgl. Hallauer, *Schlacht im Enneberg 24 Anm. 58* (ND 2002, 141).

7) S.o. Nr. 5466 (1458 Januar 30).

8) Jobst von Hornstein; s.o. Nr. 5582.

9) Warnung vor Häresie und Ungehorsam gegenüber dem Papst; vgl. bereits Nr. 5419 Z. 24-31.